

parrochie pretaxate. Item si quis dominorum advocatorum vel civium aliquam^{b)} de dictis ortis exigerit vel exigere presumpserit exactionem vel quamcunque stewram^{c)}, ipsam sepedictus parrochie nostre rector, quicumque est vel fuerit, solvet et dabit, quousque orti tales ab omni exactorum impetu soluti fuerint et exempti. Preterea si sepedictus dominus Nicolaus decesserit, tunc ipsum alltare^{c)} cum omnibus ad hoc pertinentibus rector ecclesie nostre^{d)} sepedictus tamquam absolutum beneficium alteri sacerdoti vel clerico pie pro Christi nomine perpetuis conferre debet temporibus nec per se nec per capellanos ipsius filiali more officiare debet sepedicto altari sive beneficio aliquid derogando. Insuper dominus Nicolaus sepe dictus apud nos unam perpetuam pro se et suis successoribus omnibus emit prebendam ad sepius dictum altare pertinentem, quam in nostra^{e)} dote sive curia Czwickaviensi secundum, quod ea rector dicte curie nostre et capellani^{f)} potiuntur, sibi damus et omnibus successoribus suis perpetue assignamus. Si vero rector parrochie nostre, quicumque est vel fuerit, ipsum dominum Nicolaum vel quemcunque successorum suorum quacunque ingruente necessitate vel displicencia pati nequiverit et econverso dominus Nicolaus vel suorum successorum aliquis eundem rectorem intolerabilem sibi senserit, tunc loco ipsius prebende annis singulis III marcas argenti, scilicet IJ in festo beate Walpurgis et IJ in festo beati Michaelis, per sepedicte ecclesie nostre rectorem eidem domino Nicolao et suis successoribus omnibus permittimus et assignamus^{g)} perpetuo persolvendas. Ut autem omnia hec inconvulsa permaneant, quia^{h)} caduca est hominum memoria, ipsi domino Nicolao et omnibus successoribus suis presentem paginam conscribi fecimusⁱ⁾ sigillorum nostrorum munimine roboratam. Testes sunt dominus Rudolphus, dominus Heinri[cus] plebanus in Milsen, dominus Heinri[cus] rector ecclesie nostre in Zcwickavia, dominus Lutoldus, dominus Martinus, dominus Otto et dominus H[einricus]¹⁾ filius Cykonie capellani ibidem et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M^o CCC^o XVI^o, in die sancti Thome^{k)} apostoli.

a) folgt gestrichen perpetui (B) b) folgt gestrichen deditis (B) c) so (B) d) über der Zeile nachgetragen (B) e) folgt gestrichen dote (B) f) folgt getilgtes Wort (B) g) so (B) h) folgt gestrichen capida (B) i) folgt gestrichen sigillo (B) k) folgt gestrichen asto- (B)
1) Vgl. Nr. 71.

51. Propst, Priorin und Konvent des Nonnenklosters Eisenberg beurkunden die Stiftung einer Frühmesse in der Katharinenkirche zu Zwickau.

[zwischen 1291 November 4 und 1317 Juli 8]

Original nicht zu ermitteln. — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx¹ 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 13v^(Sp. 1-2) (14. Jh.) (B), Rubrum: Privilegium prime misse sancte Katherine. — Anm.: Die Datierung ergibt sich aus der letzten Nennung der Eisenberger Priorin Mechthild (1291 November 4, Nr. 26) und der Bezeichnung von Heinrich als antiquus prepositus (1317 Juli 18, Herzog, Chronik II, S. 74). — Zur Sache: Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 610.

In nomine domini amen. Nos Heinricus divina permissione prepositus sanctimonialium in Ysenberg, Jutta priorissa totusque conventus ibidem omnibus